Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 3143

Quelle:
Copyright:

Te rogo criſte pye meritis precibusque marie
Per loca tue vie. Me rege tota die.
Angele qui meus es cuſtos pietate ſuperna.
Me tibi commiſſum Salua defende guberna
Angele mi care Michi protinus auxiliare
Tu mei ſis fortis. Cuſtodia tempore mortis.

DCCCC.

40 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 59. f. max. in pios uſus Ejusdem Principis litera unciali ſcriptus, auro, coloribusque decens, *Pſalmos*, *Hymnos*, ſacrasque ad Deum et Coelites *Preces* continet. Praecedit *Calendarium. Fol.* 19. *pag.* 2. in Oratione: *Deus regnorum omnium* &c. et: *Deus qui conteris* &c. diſerte legitur: *da ſeruo tuo michi Friderico*, et *auxiliare queſo mihi famulo tuo Friderico.* In Angelorum invocationibus ſemper memoratur et *Uriel.* Denique nemo paene Coelitum, quos Eccleſia colit, eſt, ad quem non oratio quaedam dirigatur. Auguſtum poſſeſſorem praeter rationem jam adductam comprobat cum familiare ejus *Symbolum* A. E. I. O. V. thecae anteriori coriaceae a Bibliopega exterius impreſſum, tum adpictum thecae poſteriori interius *Inſigne* Provinciarum *Friderico* ſubditarum ſcuta complexum.

DCCCCI.

531 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 32. 4. luculente ſcriptus, rubricisque notatus eſt Liber *Precum*, in uſum quondam *Ejusdem*, ut liquet *fol.* 15. exaratus; ibi enim Oratio incipit: *Deus regnorum omnium — da ſeruo tuo michi Friderico* &c. Praeit Calendarium. Reliqua Pſalmis, Hymnis, Litaniis, et Orationibus ad diverſos Coelites definiuntur. Inter Archangelos non ſemel occurrit *Uriel.* Praetextum eſt folium, cui a diuerſa manu inſcripta ſunt plurium Sanctorum Nomina, et a priore quidem manu, quam ipſius *Friderici* puto, haec ſunt: *Vnſer frau von den engeln gen himel gefurt in der Sun vnd den man vnder den fueſſen. Vnſer frau mit den kind in der ſun den man vnder den fueſſen* &c. E quibus conjicio Principis mentem fuiſſe, ut hiſce Picturis *Codex* ornaretur. Quod tamen cur intermiſſum ſit, non liquet.

DCCCCII.

Codex chartaceus lat. Sec. 131
XV. Folior. 28. f. charactere luculento conſcriptus continet *Pſalmos* aliquot et alias *Precationes* ad Deum, Chriſtum, B. V. et Coelites pro variis opportunitatibus. Hinc inde tamen aliquid ſuperſtitionis adlitum invenitur.

DCCCCIII.